



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula literarum Peregrinætionis pro Ecclesiasticis hominibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Reuerendiss. illius ciuitatis Episcopum  
adeas, cui harum nostrarum literarum  
exemplar exhibeas, exemplumque tra-  
das. Eadem præterea hospitium, hospi-  
tij locum, & socios signifiques, quos ipse  
probet: neque hospitio, socijsque vtare,  
quos ille non probatur. Quādiū ibi man-  
seris, ex concilij prouincialis primi no-  
stri præscripto, bis in singulos menses,  
vni ex Sacerdotibus quos tibi illic con-  
stituimus, ad sacræ confessionis munus  
gerendum idoneo, & a Reuerendiss. Epi-  
scopo probato, peccata tua confitearis;  
confessusque sacram communionem su-  
mas. Tonsuram etiam præscripta forma-  
gestes: habitum clericalem, interiorem  
scilicet atque exteriorem vestem tal-  
arem, nigro colore, non sericam, neque  
serico contextam, ornatamve; sed planè  
decentem, quamclam clericalis ordinis ho-  
minibus, conciliorum nostrorum prouin-  
cialium sanctionibus, & edicto præscri-  
psimus, domi forisq; feras: nec verò ca-  
lligas turgidas, aut quaë nauticarum for-  
matam exhibeant, ipse induas: neque item  
camisij lactucatis ad collum, ad ma-  
numque vtaris: sed quæcumque, & de  
habitus ratione, & de clericalis vitæ di-  
sciplina, nostris, vel prouincialibus, vel  
diœcesanis Synodis decreuimus, ea tam  
vniuersè quam sigillatim inuolate ser-  
ues, atque adeo exequaris. Denique die-  
bus festis, solennibusque, frequenter in-  
terfisi, & solenni Missæ, & vesperarum of-  
ficio in ecclesia, vbi ex Reuerendiss. Epi-  
scopi præscripto, concessuive, pro sacri  
ordinis quo proximè initiatu es, ratio-  
ne functiones obeas. De harum autem li-  
terarum exhibitione, mensis spatio, de  
singulisque his præscriptis rebus, rectè  
vt debes, a te præstitis, & de morum  
item probitate, sexto quoque mense,  
literis eiusdem Reuerendiss. Episcopi  
testatum nobis facias. De tua verò in  
literis progressione, doctoris tui, quem  
audis, scriptum testimonium, eo ipso  
semestri spatio mittas, aut ipse exhibeas.  
Quod si in ijs, que tibi nos præ-  
scripsimus, tu, nulla legitima causa im-  
peditus, defueris, has nostras literas tibi  
nullo modo suffragari declaramus, &  
planè decernimus.

Dat. &c.

Formula literarum peregrinationis pro  
Ecclesiasticis hominibus.

C<sub>a</sub>rolus &c. Tibi N. sanctam pere-  
grinationem Romanam Iubilei cau-  
sa sucipere cupienti, his nostris literis  
facultatem damus, vt ob eam peregrina-  
tionem ab Ecclesia S. N. cui persona-  
lis residētæ munus præstare debes, per  
duos menses, a die . . . mensis N. us-  
que ad diem . . . mensis N. connume-  
randos, abesse possis. Te autem in Do-  
mino monemus, vt, quæ peregrinanti-  
bus Ecclesiastici ordinis hominibus nu-  
per in Diœcesana Synodo cōstituimus,  
singula, quantum in te est, accuratè ser-  
ues, primò, vt antequam discedas, pec-  
cata tua confessus, Missæ sacrum quod  
est pro iter agentibus, facias: his comiti-  
bus N. N. quos nobis exposuisti, te ad-  
iungas; in Ecclesia, in qua Missæ sacrae  
in hebdomada ter faciendi munus ti-  
bi iniunctum est, Sacerdotem alium pro-  
batum substituas, qui dum peregrinan-  
do abes, illud præstet: in itinere autem,  
Clericali habitu, quamvis contractio-  
re, decenti tamen, vtaris; pileum turbati-  
num non induas; tonsuram clericalem  
perpetuò habeas: Hebreos, ac mulieres,  
& voluptuarios homines, comites deui-  
tes; neque eodem curru cum eisdem vt-  
ris; neque nauigio, nisi necessitate co-  
actus; ad cauponas si diuersari contigerit,  
nè vna cum eisdem mensæ accumbas: in  
omni hospitio, antequam discumbas,  
mense item benedicas; tum pransus, aut  
coenatus, gratias agas; cæteraque de fru-  
galitate & temperatia clericali nostris  
decretis præscripta obserues: ne ostia-  
tim, nisi voti causa, victum querires; ad  
aliquem locum vesperi cū peruenieris,  
priusquam ad hospitium diuertas, ad  
Ecclesiam, vbi potes, religiosè adeas;  
ibique supplex Litanias, vel alias reli-  
giosas preces recites: ne itineris causas  
Canonicarum horarum officium omit-  
tas; idem de statis Ecclesiasticis ieuniis  
præstare studeas: quotidie Missæ sacrae,  
vbi potes, facias; si minus, ne Dominicis  
festisque diebus id facere omissas: qui-  
bus autem diebus ipse sacrum facere no-  
potes, eidem saltem interesse ne præter  
mittas; mane singulis diebus, priusquam

vix

viæ te committas, præter diuinum officium debituim, preces etiam illas dicas, quæ itinerarium clericorum appellatur: abstineas item iter faciendo, a profanis cantionibus, & colloquijs ejusmodi, quorum vsu pietatis studium refrigescit; sed Psalmis, Hymnis, & Canticis sacris, animi, & corporis lassitudinem subleues: in omni denique itinere eum te vitæ moribus perpetuo præstes, vt etiam laicis hominibus, religiosè pieque peregrinandi exemplum præbeas. Cum autem ad sanctam Vrbem peruerteris, clericales vestes talares, easque decentes induas; ac de clericalis vestitus, & viæ moderatione, omnia ad nostrorum Conciliorum præscriptum inuiolatè serues; tum quam primum potes, aut biduo saltem post, Reuer. D.N. Protonotarium Apostolicum conuenias, cui has nostras dimissorias testimonialese literas exhibeas, eiisque hospitij tui locum, & socios signifiques: tum præterea, antequam sanctorum locorum visitationem in alma Vrbe Iubilei consequendi gratia ag grediaris, iterum confessario Sacerdoti probato confessus, Missæ sacram facias: totus peregrinationi sanctæ quam suscepisti intentus, non rerum nouarum curiositates, neque aliud a peregrinandi proposito alienum confecteris; sed religiosa animi præparatione, sanctorum Ecclesiæ, & loca sacra visites. Cum verò ab alma Vrbe discessurus es, eundem Reuer. D. N. adeas, a quo nobis literas afferas: nec alio longius vageris: a peregrinatione autem reuersus, nos primum cum literis dimissorijs quas tibi dedimus, & cum illis etiam literis quas ab eo accepitis, conuenias, vt sanctæ peregrinationis tuae testimonium des. His præterea nostris literis testatum certe fidelibus esse volumus, te, quod nobis significasti, Iubilei causa sancta hanc peregrinationem suscepisse; nec hoc tempore, quod nos scimus, te apud forū nostrum Archiepiscopale, vello crimine accusatum, delatum, inquisitum, nec condemnatum; neque vello excommunicationis, censuræ alterius Ecclesiasticae vinculo irretitum esse. In quarum reatum fidem &c. Dat.

Formula edicti, de examine eorum, qui Ecclesiæ Parochiali præciendi sunt.

**C** Arolus &c. Vacante Ecclesiæ parochiali N. Diœcesis nostræ Mediolanensis, nos eo nomine examen, quod ex Tridentina sanctione, prouincialique decreto nostro præstari planè debet, a die promulgationis huius editi, usque ad diem decimum proximè sequentem confecturi sumus, ac deinceps etiam ex auctoritate apostolica nobis concessa, quoisque eidem vacanti Ecclesiæ per nos prouisum erit. Quare omnes ac singulos, qui vel examinari, vel alios examinandos nominare voluerint, praescripto illo tempore, ad Reuerendū N. Canonicum ordinarium, & Cancellarium nostræ Ecclesiæ Mediolanensis, qui nomina describat, conuenire; tum confitura examinis die, coram nobis, atque examinatoribus Synodalibus per nos eo nomine delectis, adesse, hoc editio significamus, atque edicimus; vt quos confecto examine, moribus, etate, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad caræ animarum bene gerendæ rationem opportunis, idoneos esse compertum erit, ex ijs nos, quem ceteris magis idoneum censuerimus, illum Ecclesiæ vacatis rectorem parochumve eligamus, ac presieramus. Quod sane, sicut nos pro eo quod debemus, integrè sancteque in Domino præstare cupimus: ita omnes, precipueque illos, quorum Ecclesiæ & cure spirituali per nos consulendum ac prouidendum est, magnopere hortamur, ac requirimus, vt banc nostram solitudinem, pastoraleque studium, omni supplicatione, omniisque intima pietate, ac religiosis precibus, continenter aduent. Dat. &c.

Formula fidei examinis & approbationis pro parocho.

**C** Arolus &c. Vniuersis & singulis ad quos præsentes literæ nostræ pervenerint, fidem indubiam facimus & attestamur, quod cum Parochialis Ecclesia S.N. nostræ Med. Diœcesis, quæ Presbyter N. de N. dum viueret, obtinebat,

per